



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De inflatione metropolitanorum & fastu, & de episcopis ac reliquis clericis
qui læduntur à metropolitano. Ixiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

DE PRIM. ECCL. DECR. LIB. I. II

fasticis suo sensu, sed eorum authoritate ducatur. In expō
nendis etiam, vel prædicandis diuinis scripturis, sancto-
rum catholicorum patrū, & probatissimorū sensum quis-
que sequatur in quorum scripturis, ut beatus dicit Hiero-
nymus, fidei veritas non vacillet.

De disidentibus episcopis. Cap. LXII.

DISSIDENTES episcopos, si non timor Dei, syno- *Ex cōcil.*
dus reconciliet. *Cartha-*

De inflatione metropolitanorum & fastu, & de *gī.ca.25.*
episcopis ac reliquis clericis, qui lāduntur à
metropolitanō. Cap. LXII.

Si autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & *Ex epif.*
sine omnium comprouincialium præsentia, vel confi- *Anūc pā*
lio episcoporum alias causas agere, nisi eas tātūm quæ ad pē episco-
propriam suam pertinent parochiam, aut eos grauare vo- *pīs p Gal*
luerit, ab omnibus districte corrigatur, ne talia deinceps *liam cōfī*
præsumere audeat. Si verò incorrigibilis, ei que inobe- *tutis mis*
diens apparuerit, ad hanc apostolicam sedem cui omnia *sa, ca.4.*
episcoporum iudicia terminare præcepta sunt, eius con-
tumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & cæteri timore
habeant. Si autem propter nimiam longinquitatem, aut
temporis incommoditatem, vel itineris asperitatem, gra-
ue ad hanc sedem eius causam deferre fuerit, tūc ad eius
primatē eius causa deferatur, & penes ipsum huius san-
ctæ sedis autoritate iudicetur. Similiter si aliquis episco-
porum metropolitanū suspectum habuerit, apud prima-
tem diœceseos, aut apud hanc apostolicā sedem audiatur.

Ut plebes alienas alius episcopus non usurpet. Cap. LXIII.

Placuit vt à nullo episcopo usurpentur plebes alienæ, *Ex cōcil.*
nec aliquis episcoporum supergrediatur, in diœcesi *Cartha-*
collegam suum. *ginēsi, ca.*

*Ut nullus metropolitanus absque omniū comprouincialium epi-
scoporum præsentia aliquorum audiat causas.* Cap. LXV.

CAETERUM, fratres, saluo in omnibus Romanæ eccle- *Ex epif.*
siae priuilegio, nullus metropolitanus absque cætero *Ignīc pā*
rum omnium comprouincialium episcoporum instantia, pē cun-
B iij